



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Sessio XXI. Qvæ Est Qvinta Svb Pio IV. Pontif. Max. Celebrata Die XVI. Ivl.  
M. D. LXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

## SESSIO XXI.

## QVÆ EST QVINTA

SVB PIO IV. PONTIF. MAX. CELEBRATA DIE XVI. IVL. M. D. LXII.

*Doctrina de Communionem sub vtraque specie, & paruulorum.*

AGROSANCTA OEcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, cum de tremendo & sanctissimo Eucharistiæ Sacramento varia diuersis in locis errorum monstruissimum demonis artibus circumferantur, ob quæ in nonnullis prouincijs multi à Catholicæ Ecclesiæ fide atque obedientia videantur discessisse; censuit, ea quæ ad communionem sub vtraque specie, & paruulorum pertinent, hoc loco exponenda esse. Quapropter cunctis Christianis fidelibus interdicit, ne posthac de ijs aliter vel credere, vel docere, vel prædicare audeant, quàm ex his decretis explicatum atque definitum.

## CAPVT I.

*Laicos, & Clericos non conficientes, non adstringi iure diuino ad Communionem sub vtraque specie.*

Itaque sancta ipsa Synodus, à Spiritu Sancto, qui Spiritus est a sapientiæ & intellectus, Spiritus consilij & pietatis, edocta, atque ipsius Ecclesiæ b iudicium & consuetudinem secuta, declarat ac docet, nullo diuino præcepto laicos, & Clericos non conficientes, obligari ad Eucharistiæ Sacramentum sub vtraque specie sumendum; neque vilo pacto, salua fide, dubitari posse, quin illis alterius speciei Communionem ad salutem sufficiat. Nam

O

a et h

a Esai. 11.  
b Conc. Constantiens.  
Sess. 13. infra, Can. 10.



*a* et si Christus Dominus in vltima Cœna venerabile hoc Sacramentum in panis & vini speciebus instituit & Apostolis tradidit: non tamen illa institutio & traditio eò tendunt, vt omnes Christi fideles statuto Domini ad vtramque speciem accipiendam astringantur. Sed neque ex sermone illo, apud Ioannem sexto, rectè colligitur, vtriusque speciei Communionem à Domino præceptam esse: vt cumque iuxta varias sanctorum Patrum & Doctorum interpretationes intelligatur. Namq; qui dixit: *b* Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis: dixit quoque: *c* Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et quidam dixit: *d* Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: dixit etiam: *e* Panis, qui ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et denique quidam dixit: *f* Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo: dixit nihilominus: *g* Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

## REMISSIONES.

Vide P. Henric. in sum. lib. 8. de Eucharistia, cap. 44. à p. Cardin. Bellarm. lib. 4. de Euchar. cap. 24. Valent. de Sacram. disp. 6. quæst. 6. puncto 5. Petr. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Euchar. cap. 16. concl. 2. P. Egid. de Sacram. & censur. tom. 1. q. 80. num. cum sequentib. & quæst. 73. num. 36. P. Valeri Reginal. in prælat. potest. lib. 29. num. 38. in fine, & 39. vbi etiam de Can. 4. huiusmodi Sess. 21.

## CAPVT II.

*Ecclesia potestas circa dispensationem Sacramenti Eucharistia.*

PRÆterea declarat, hanc potestatem perpetuò in Ecclesia fuisse, vt in Sacramentorum dispensatione, salua illorum substantia, ea statueret vel mutaret, dispensationem vtilitati, seu ipsorum Sacramentorum utilitati, pro rerum, temporum & locorum varietate.



magis expedire iudicaret, id autem Apostolus non obscure visus est innuisse, a cum ait : Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, atq; ipsum quidem hac potestate usum esse, satis constat, cum in multis alijs, tum in hoc ipso Sacramento, cum, ordinatis nonnullis circa eius usum, b Cetera, inquit, cum venero, disponam. Quare agnoscens sancta mater Ecclesia hanc suam in administratione Sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christianae religionis non infrequens utriusque speciei usus fuisset; tamen progressu temporis, latissime iam mutata illa consuetudine, grauib; & iustis causis adducta, hanc consuetudinem sub altera specie communicandi approbavit, & pro lege habendam decreuit: quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiae auctoritate prohibito mutare non licet.

a 1. Cor. 4.  
1. Cor. 6.

b 1. Cor. 12.

c Conc. Conc.  
Sess. 21. c. 13.

REMISSIONES.

Vide P. Henric. in sum. li. 8. de Eucharist. c. 44. §. 3. Pat. Sanchi de Matrim. li. 3. disp. 22. n. 27. P. Aegid. de Sacram. & censur. tom. 1. qu. 80. num. 121. P. Vasq. in 3. p. D. Thomae, tom. 3. disp. 22. num. 22.

CAPVT III.

Totum & integrum Christum, ac verum Sacramentum sub qualibet specie sumi.

Insuper declarat, quamuis Redemptor noster, ut antea dictum est, d in suprema illa Cena hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit, & Apostolis tradiderit, tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum etq; integrum Christum, verumq; Sacramentum sumi; ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem, eos defraudari, qui vnam speciem solam accipiunt.

d Matth. 26.  
Marc. 14.  
sup. c. 1.  
1. Cor. 11.  
e c. qui manducant c. qui inuitat. c. singuli. de cons. dist. 2. sup. Sess. 13. c. 3. Et Can. 3. de Sacra. Euch.

REMISSIONES.

Vide Balduin. Iunium super opera controuerf. Bellarm. p. 2. lib. 3. cap. 8. a principio, Pat. Valet. Regin. in praxi fori poenitent. c. 1.

ncil. Trid.  
declara.  
near in di.  
1563



CAPVT IV.

*Paruulos non obligari ad Communionem Sacramentalem.*

*2 inf. Can. 4* **D**Enique &  $\beta$  eadem sancta Synodus docet, & par-  
los  $\gamma$  vsu rationis carentes, nulla obligari necessitate  
ad sacramentalem Eucharistiae communionem: si quidem  
*5 Tit. 3.* per  $b$  Baptismi lauacrum regenerati & Christo incorporati,  
adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa aetate amittere  
non possunt.  $\delta$  Neque ideo tamen damnanda est antiquitas,  
si eum morem in quibusdam locis aliquando seruauerunt.  
Vt enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem cau-  
sam pro illius temporis ratione habuerunt; ita certe  
nulla salutis necessitate id fecisse, sine controuersia con-  
cedendum est.

R E M I S S I O N E S.

**V**ide Pat. Henriq. in sum. lib. 8. de Eucharistia, c. 43. 2. p. 1.  
pio, Valqu. in D. Thom. tom. 3. disput. 212. nu. 17. & disput.  
nu. 35. P. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. li. 29. qu. 4. nu. 1.  
Pat. Aegid. de Conink. de Sacram. & censuris, tom. 1. quaest. 80. ar. 1.  
nu. 72. cum sequentibus, Petr. Ledesma. in sum. p. 1. tract. de Eucharistia  
c. 13. concl. 7.  
 $\beta$  Infantes, si daretur eis communio, recepturos gratiam, resolu-  
Victor. verbo Eucharistia, num. 84. in fin. Pat. Soar. tom. 3. disput.  
sect. 4. P. Aegid. d. q. 80. art. 9. num. 77. Petr. Ledesma. d. cap. 13. con-  
duda 2.  
 $\gamma$  *Vsu rationis carentes.* ] De amentibus perpetuis idem quod  
infantibus sentiendum esse docet Pat. Valer. Reginald. d. lib. 1.  
numer. 78. vbi 79. An debeat administrari Eucharistia in articulo  
mortis amentibus patientibus tunc temporis, de quo etiam P. Hen-  
riq. in sum. lib. 8. cap. 42. §. 3. in fin. P. Soar. tom. 3. disput. 69. ar. 1.  
dubit. 3.  
 $\delta$  *Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, &c.* ] Vide P. Aegid.  
art. 9. nu. 75.



DE COMMUNIONE SVB  
vtraque specie, & paruulorum.

CANON I.

Si quis dixerit, a ex Dei præcepto, vel necessitate salu-  
tis, omnes & singulos Christi fideles vtramque speciem  
sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti sumere debere; ana-  
thema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam b Catholicam non  
iustis causis & rationibus adductam fuisse, vt laicos, at-  
que etiam Clericos non conficientes, sub panis tantum-  
modo specie communicaret, aut in eo errasse; anathe-  
ma sit.

CANON III.

Si quis negauerit, totum c & integrum Christum, om-  
nium gratiarum fontem & auctorem, sub vna panis spe-  
cie sumi, quia, vt quidam falsò asserunt, non secundam  
ipsius Christi constitutionem sub vtraq; specie sumatur;  
anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, d paruulis, ß antequam ad annos discretio-  
nis peruenerint, necessariam esse Eucharistiæ commu-  
nionem; anathema sit.

Duos verò articulos, e aliàs propositos, nondum tamen  
excussos, videlicet, An rationes, quibus sancta Catholica  
Ecclesia adducta fuit, vt communicaret laicos, atque et-  
iam non celebrantes sacerdotes, sub vna tantum panis  
specie, ita sint retinendæ, vt nulla ratione Calicis vsus cui-  
quam sit permittendus: &, An, si honestis & Christianæ  
caritati consentaneis rationibus concedendus alicui vel  
nationi vel regno Calicis vsus videatur, sub aliquibus cõ-  
ditionibus concedendus sit; & quænam sint illæ: Eadem  
S. Synodus, f in aliud tempus, oblata sibi quamprimùm  
occasione, examinandos, atque definiendos reseruat.

ncii. Tri-  
declara-  
nem in d-  
ca. ecc.



## REMISSIONES.

## CANON I.

**V**ide Card. Bellarm. li. 4. de Eucharist. c. 20. cum seqq. P. Henr. in sum. li. 8. de Eucharist. c. 24. P. Valer. Regin. in pract. ri pœn. li. 29. n. 78. in fin. optimè P. Ægid. de Conink. de Sacram. tom. 1. q. 80. n. 111. cum seqq.

**CANON II.** Vide P. Ægid. de Sacram. tom. 1. q. 80. n. 121. ubi præcurrit iustissimas rationes, quas habet Ecclesia præcipiendi hanc Communionem sub vna sola specie.

**CANON III.** Vide Bald. Iunium super opera controu. Bal. p. 2. li. 3. c. 8. à princ. P. Ægid. de Sacram. tom. 1. qu. 76. art. 3. nu. 32.

**CANON IV.** Vide Doct. supra citatos in c. 4.  
 § *Antequam ad annos discretionis peruenerit.* In qua ætatis præcipiant pueri habere discretionem sufficentem ad obligationem præcepti communicandi? Resinqui debere arbitrio parentum, & Confessarij, resoluunt P. Soar. tom. 3. disp. 70. sect. 1. P. Valer. Regin. in pract. fori pœn. li. 29. num. 83. P. Ægid. tom. 1. de Sacram. qu. 80. art. 11. nu. 102.

## DECRETVM DE REFORMATIONE.

**E**adem sacrosancta Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu S. legitimè congregata, presentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ad Deum omnipotentis laudem, & sanctæ Ecclesiæ ornamentum, ea, quæ sequuntur, de reformationis negotio in præstatuenda esse censuit.

## CAPVT I.

*Episcopi gratis debent ordinare, tonsurare, dimissorias & rituales dare, eorumq; ministri pro istiusmodi literas sigillatim sponte oblatum recipiendum est. Vbi est consuetudo aliquam accipiendi pro literis, nihil capiatur à Notarijs pro officio ultra decimam vnius aurei partem, & modo aliunde ijs non suppetat salarium, &c.*

*a* Vide 1. Lateran. c. 63.  
 Conc. Chalced. c. 15.  
 Conc. Bracar. 2. c. 3.  
 Conc. Aurel. 2. c. 3.  
 Concil. Tolos. c. 1.  
 c. c. super Episcopum;  
 l. 9. 2.

**Q**uoniam a ab Ecclesiastico ordine omnis tix suspicio abesse debet; nihil pro collatione



rumcumque Ordinum, etiam clericalis tonsuræ, nec pro litteris dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa, *Et etiam sponte oblatum*, Episcopi, & alij Ordinum collatores, *et aut eorum ministri* quouis prætextu accipiant. *de* Notarij vero in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissoriis, aut testimonialibus, *decimam tantum & unius aurei partem* accipere possint; dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo: nec Episcopo ex Notarij commodis aliquod emolumentum ex eisdem Ordinum collationibus directe, vel indirecte provenire possit. tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino teneri decernit: contrarias taxas, ac statuta, & consuetudines, etiam immemorabiles, quorumcumque locorum, quæ potius abusus, & corruptelæ, simoniacæ prauitati fauentes, nuncupari possunt, penitus cassando, & interdicens: & qui scelus fecerint, tam *videntes, quam accipientes*, ultra diuinam ultionem, *et* pœnas à iure inflictas ipso facto incurrant.

de Braccis  
et cap. 17.

## DECLARATIONES.

*et Nihil pro collatione.*] Consuetudo percipiendi ab Ordinatis ad primam tonsuram forcipes, peçtines, & mappas, præter faculas, pariterque a presbyteris, intelligitur perinde ac corruptela, reuocata, nullamque eo nomine oblationem initiatus, Pontificali Romano permittente, consuevit offerre.

Pro collatione & institutione Ecclesiarum curatarum, vel pro deputatione Vicariorum in illis, Cancellarijs potest in singulas accipere mercedem suo labori conuenientem: quæ tamen scripturâ, sigillo & cæteris omnibus computatis, unum aureum non excedat, & dummodo ipsi Cancellario salarium nullum pro officio suo exercendo præstitum sit, & dummodo ex pecunia, quam accipit, nihil prius emolumenti Collatores, aut institutores vlllo modo directe, vel indirecte percipiant.

Item declarauit S. D. N. Gregorius XIII. hoc decretum vindicare etiam sibi locum in collatione beneficiorum præsertim curatorum, neque pro sigillo aliquid accipi posse, non obstante quacumque

O 4

etiam



etiam immemorabili cōsuetudine. Itaque dicendum est, quod Ordinarius in collatione beneficiorū pro sigillo nihil potest accipere, etiamsi ab immemorabili tēpore fuerit obseruatum, ut certū quid recipiat: licet contrarium senserit Gloss. mag. in c. cum olim, de maioribus. Et ita censuit Congregatio in vna Rauennārensi. Insuper Officiales Ordinarij, ac Ordinarius ipse pro dispensationibus ad remissis nihil possunt accipere, non obstante contraria cōsuetudine etiam immemorabili.

## REMISSIONES.

**V**ide Nauar. in Man. cap. 22. nu. 18. Matthæ. Soar. in practico ordine visitandi, cap. 18. num. 6. Nau. Conf. 1. de Censibus, Valeri. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 23. cap. 14. nu. 197. in § Etiam sponse oblatum. ] Vide P. Soar. de Relig. lib. 4. de Simonia cap. 49. nu. 2.

**7** Aut eorum ministri. ] Vide P. Valeri. Reginald. d. lib. 23. num. 20. Et de Collatoribus vide P. Soar. lib. 4. de Simonia, cap. 53. nu. 14. **8** Notarij verb. &c. ] Vide P. Soar. d. cap. 53. num. 6. cum sequentibus. Leonard. Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 35. dub. 10. Zerol. in praxi p. 1. verbo Dimissoria, vers. Ad septimum, pag. 172. Cened. ad Decretal. Collect. 177. nu. 1. vbi etiam dubius resoluit, quod post contracta instrumenta, & tradita partibus, possunt Notarij, quod ab Ordine sponse offertur recipere, de quo Matiens. in Dialogo relat. p. 2. nu. 3. Perez l. 1. Gloss. 1. post med. tit. 9. lib. 2. Ordin.

**9** Vtrum notarius possit aliquid accipere, quando nullam habet stipendium sibi constitutum ab Episcopo? Affirmant Angel. in Simonia 3. num. 22. P. Valeri. Reginald. d. lib. 23. num. 200. vers. Quætur.

**10** Decimam tantum vnius aurei partem. ] Vide Zerol. in praxi Episcopali p. 1. verbo Dimissorie, vers. Ad septimum, ibi quarto. P. Valeri. Reginald. d. lib. 23. nu. 200.

**11** Tam dantes quàm accipientes. ] Vide Patr. Soar. d. cap. 1. nu. 5.

## CAPVT II.

Nullus, quantumvis idoneus, secularis Clericus maioribus ordinibus, nisi prius habeat beneficium sufficiens ad vitam, quod non signare non possit, nisi, &c. Vel patrimonium aut pensionem similiter vere sufficiens, &c.

a e. Diaconi  
sunt, circa  
med. 93. diff.

**C**VM non deceat eos, qui diuino ministerio participati sunt, cum Ordinis dedecore a mendicare,



fordidum aliquem quæstum exercere; compertumque sit, complures plerisque in locis & ad sacros Ordines nullo fere delectu admitti; qui varijs artibus, ac fallacijs confingunt, se beneficium ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obrinere: statuit sancta Synodus, 1. *ne quis deinceps Clericus secularis*, quamuis aliàs sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros ordines promoueat, 2. *nisi prius legitime constet eum 3. beneficium ecclesiasticum*, quod sibi ad viduum honestè sufficiat, pacificè possidere. 4. *Id verò beneficium resignare non possit*, nisi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus: 6. *neque ea resignatio admittatur*, nisi constito, quod aliunde viuere commodè possit: 7. *& aliter facta resignatio nulla sit*. 8. *h. & c.* Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possunt, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro 9. *necessitate, vel commoditate ecclesiarum suarum*, eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem *π verè ab eis obtineri*, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint: atque *q illa deinceps sine licentia Episcopi & alienari*, aut extingui, vel remitti nullatenus possint; donec *φ beneficium ecclesiasticum & sufficiens* sint adepti; vel aliunde habeant, a vnde viuere possint: 10. *ψ ω α ω*

Antiquorum canonum pœnas super his innouando.

a. e. cum fecundum, de prat.

### DECLARATIONES.

1. *Ne quis deinceps Clericus secularis.* ] Nullus Clericus secularis, aut Regularis nō professus, debet ad Sacros ordines promoueri sine sufficienti titulo, ex Bulla Pij V. edita Anno V. Idib. Octobris.

2. *Nisi prius legitime constet.* ] Ob penuriam Sacerdotum, ordinari sine beneficio vel patrimonio, potest quis, dummodo quis fideiussor inueniatur qui spondeat se necessaria ipsi ordinando subministraturum.

3. *Eum, beneficium Ecclesiasticum.* ] Ad titulum Seminarij nullus ad Sacros Ordines est promouendus; ad aliquod autem beneficium Seminatio vnitum, ordinari potest. Non possunt ergo virtute Concil. Trident. pauperes Clerici in Seminario degentes, per Episcopum ad titulum Seminarij promoueri & ordinari, nisi ob causam interueniendi beneficio quod forsan esset Seminatio vnitum. Poterit tamē quis ordinari sub certa assignatione fructuum à Seminario facta, causā

O. 3

infer-

ncil. Tri  
declara  
neat in di  
ca. ecc.



inferuendi beneficio vnito Seminario, vt ibi inferuiat, donec ei prouisum fuerit de congrua sustentatione.

4 *Id verò beneficium resignare.* ] Fuit dubitatum, an pro forma traditum esset, vt resignans teneretur facere mentionem se ad titulum illius fuisse promotum, adeò quod per æquipollens adimpleri possit? Fuit resolutum die 12. Maij 1588. pro forma traditum esse Concilio, stante clausula annullatiua: & quod Concilium negat loquatur; quo stante, per æquipollens non potest adimpleri.

Beneficium semel à se alienans, quia illud resignauit in manus Ordinarij, illud idem amplius recuperare non potest, præsertim resignatio facta est per Bullam Pij V. 6. Id. Augusti, 1565. quæ huiusmodi resignationes beneficiorum fieri prohibuit in manibus Ordinarij, & si factæ essent, statuit beneficia ipsa verè vacare. Sede Apostolica, vel à superioribus Ordinarij posse conferri. Neque ab ipso Ordinario eadem resignatio fuerat admittenda resignans (cum presbyteratus ordini esset adscriptus) nihil aliud haberet, quo vitam suam commodè sustentare posset. Vnde S. D. N. Bulla edita Kal. April. 1586. huiusmodi resignationes prohibere mitti: & quia Ordinarius huic interdicto non paruit, sua Sententia hac in re voluit resignantem ab Ordinario alendum esse, sustentatione illius commodis prouidendum, eique ipsum beneficium resignatum omnino adimendum, & in eo constitutum eum, qui erat à principio presentatus,

5 *Resignari non possit.* ] Qui beneficium, ad quod fuit ordinarius assignare curauerit, per Pœnitentiarium est absoluendus vt resignare.

Cum habens Parochiam iurasset non reuocare per procuratorem quem fecerat ad resignandum, petijt vt absolueretur à iuramento quo loco visum est per procuratorem posse reuocare.

6 *Neq; ea resignatio admittatur.* ] Et pœnam admittentibus mittit Pius V. in Bulla sub dato Kalend. April. 1568. incipiente, *pro Ecclesia Dei.*

7 *Et aliter facta resignatio, nulla sit.* ] Congregatio censuit, hoc non comprehendere in permittente æquivalenti. Quod si Ordinarius habens facultatem admittendi resignationem, in certis casibus à se sublaram hanc resignationem admiserit, beneficium, ad quod erat ordinatus, vacat Sedi Apostolicæ, & Ordinarius illi de pœna prouidere tenetur. Suprà hoc c. 5. *Beneficium.*

Præsupposita supplicatione resignationis Parochialis, de qua agitur in fauorem Dom. Ioann. de Miron, cum reseruatione pœna ducat. 180. per Dominum Gasparem soluendorum, & quod in supplicatione D. Gaspar narrauerat, quod per quinquennium Parochialem possederat, An in casum, de quo agitur, inter Concilium Tridentin. hoc cap. Congregatio Concilij censuit intrare.

8 *Patrimonium verò.* ] Quantitas patrimonij, ad quod quis moueri possit, non taxatur, sed remittitur ad terminos Concilij



Non expedit autem ut ad titulum patrimonij quis ad sacros ordines promouetur, nisi certi redditus ad honestam ipsius promouendi sustentationem sufficientes, super certis redditibus fuerint in forma legitima & valida assignati.

Si quis ante Concilium est promotus, & Subdiaconus ordinatus absque titulo beneficij, poterit is postea absque titulo beneficij promoueri, dummodo saltem ad titulum patrimonij promouetur. Vide Bullam Pij V. Rom. Pontif. sac. Anno 1568. ubi spectat hoc ad Clericos regulares non professos.

Ad titulum donationis alicuius potest etiam quis ordinari, si ita Episcopus iudicauerit esse assumendum pro necessitate, aut utilitate Ecclesiarum, & si donatio est realiter vera, & non ficta, que deinceps alienari non poterit, absque Episcopi licentia, & donec ordinatus, beneficium sufficiens adeptus fuerit, vel aliunde habeat, unde viuere possit honeste & sine dedecore.

Ad insufficientis patrimonij, vel beneficij titulum ante dicta constitutionis publicationem, fuerant quidam ad sacros (non tamen presbyteratus) Ordines promoti: at Concilium iam de promotis ad titulum non sufficientis patrimonij, vel beneficij, respondet non esse promouendos ad Ordines superiores, nisi consecuti fuerint id, unde congrue se sustentare possint.

9 Pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum ] Ad titulum patrimonij possunt etiam ordinari familiares triennales Episcoporum, iuxta formam c. 9. Sess. 23. sed tamen debent adscribi Ecclesijs, pro quarum necessitate sunt ordinati, iuxta formam c. 16. Sess. 23.

An per Bullam Sixti V. contra male promotos, intelligatur derogatum consuetudini quorundam locorum, ubi propter penuriam Sacerdotum, ad sacros ordines promoueri solent, qui super alienis bonis assicuracionem habent victus & aliarum rerum necessariorum, cum cautione, sine alio titulo beneficij, vel patrimonij, & an in locis inopia laborantibus, sufficiens patrimonium dic possit quod habet annuum redditum, ducatorum viginti quinque? Quoad primum sua Sanctitas consulta non probat talem consuetudinem, sed vult patrimonium, ad cuius titulum ordinandus promoueri debet, esse rem certam, fructiferam, de qua ipse disponere valeat, ac propterea omnino prohibet talis consuetudinis obseruanciam. Quoad secundum vero, Ordinarj arbitrio relinquit hoc iudicandum, an tale patrimonium sufficiat, propter diuersitatem locorum, cum in vno sufficiat, quod alibi non erit sufficiens: dummodo animaduertatur, bona esse ipsius ordinandi propria, ab omni contractu simulatione, & ceteris, que ab amicis, & coniuictis fieri solent in huiusmodi casibus, penitus libera & aliena. Ceterum quo ad Iesuitas, cum post Sacerdotium exire non possint nisi a superioribus eijciantur, provideatur illis de reditu saltem 40. aureorum annuorum, ex bonis religionis. Quoad alios, qui arbitrio suo exire, quan-

Concilium Tridentinum  
declarat

non potest







Resign. li. 2. q. 6. nu. 4. Nicol. Garc. de Beneficijs par. 2. c. 5. num. 4. cum sequenti.

7. Ne quis deinceps Clericus secularis. Idem in Regularibus nõ professis, censuisse sacram Cardinalium congregationem refert Garc. d. c. 5. nu. 11. & 12. dicit habere locum tam in non professis, quàm in nulliter professis. Sed Gregor. XIII. eximere Religiosos Societar. Iesu, qui post tria vota simplicia, ante solemnem professionem, possunt sine titulo ad omnes factos ordines promoueri de licentia sui Præpositi generalis, resoluunt Fr. Emman. In sum. tom. 2. c. 15. n. 1. & qu. Regular. tom. 3. qu. 23. art. 3. Garc. d. c. n. 13.

8. Nisi prius legitime constet, cum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad vitium honeste sufficiat. Vide Nauar. de Orat. Miscil. 62. sub nu. 3. Flamin. de Resign. li. 5. q. 6. n. 155. vbi resoluunt hunc textum non esse intelligendum de beneficio, cuius redditus sufficiant ad viuendum decenter, sed de beneficio, cuius redditus sufficientes sunt ad viuendum, & pacificam possessionem obtinere debet promouendus, Cened. pract. l. i. qu. 4. nu. 23.

9. Id verò beneficium resignare non possit, &c. Vide Flamin. d. q. 6. nu. 174. & li. 2. q. 6. nu. 1. & num. 36. P. Azor. inst. Moral. p. 2. l. 7. c. 20. qu. 7. Pet. Ledesin. in sum. p. 1. tract. de Sacram. Ord. c. 7. concl. 10.

10. An loquatur de constitutis in minoribus ordinibus? Vide Flamin. d. q. 6. nu. 178. P. Azor. d. qu. 7. Fr. Emman. in summ. tom. 2. c. 15. num. 16. P. Paul. Comitol. respons. Moral. l. 6. qu. 38. num. 4. qui resoluunt, posse resignare, etiam si non habeant aliunde, quo viuere possint.

11. Patrimonium verò, &c. Vide Nauar. conf. 12. sub tit. de tempor. ordinand. & sub hoc decreto aliqua edita sunt à Cardinalium congregatione decisiones adductæ per Azor. p. 2. li. 3. c. 4. q. 1. & per Garc. de Benefic. p. 2. c. 5. a nu. 74.

12. Quod ad titulum donationis alicuius potest quis ordinari, si ita Episcopus iudi cauerit assumendum pro necessitate, vel utilitate Ecclesiarum, & si donatio est realiter vera, & non ficta, quæ deinceps alienari non possit, absque Episcopali licentia, donec beneficium sufficientians adeptus fuerit, vel aliunde habeat unde viuere possit, resoluit L. li. Zechi. de Republ. ecclesiast. cap. de Clericis sub num. 7. vers. 84. Garc. d. c. 5. nu. 79.

13. Cooptatum in collegium Seminarij non posse ordinari ad titulum Seminarij nisi ob causam inferuendi beneficio, quod forsitan esset Seminario iniunctum; posse verò ordinari sub certa assignatione fructuum in Seminario facta, causa inferuendi beneficio iuncta Seminario, & cui inferuiat, donec alteri prouisum sit de congrua sustentatione, docent Flamin. de Resignat. li. 2. qu. 6. num. 32. Salzed. ad Bernard. c. 10. nu. 9. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo Seminarium. §. 6. Zechi. d. cap. de Clericis, num. 7. vers. 84. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. Neapol. c. 81. sub nu. 2.

14. Quod potest Episcopus ordinare subditos suos ad ordines Dia-

ncil. Trid.  
de clara.  
near. in di.  
ca. 22.



conatus, & Subdiaconatus ad titulum, & portionem Ecclesiam matricum, non obstante, quod non participant de fructibus illarum nisi post susceptum presbyteratus ordinem, asserit Garc. d. cap. num. 110.

λ Ob penuriam Sacerdotum quandoque concessum esse ordinem sine beneficio, vel patrimonio, dummodo quis spondeat se necesse tria ordinandis ministraturum, docent Flamin. d. l. li. 2. q. 6. n. 11. Zed. d. e. de Clericis, sub nu. 7. vers. 4. Qui tamen videtur velle id semper posse fieri sine speciali dispensatione Papæ.

μ An ad titulum Vicariæ temporalis possit quis ordinari sacrosacramentalibus? Affirmant Salzed. ad Bern. in pract. c. 18. nu. 8. vers. Erat. tione vicaria temporalis, Flamin. d. li. 2. qu. 6. nu. 2. Gonzal. de Reg. Cancell. gl. 5. §. 3. n. 42.

ν Quod ad titulum Coadiutoriæ potest quis ordinari, tenentur in tract. de Orat. c. 20. n. 8. Salzed. ad Bern. c. 18. n. 7. Gonzal. d. gl. §. 9. nu. 6. intelligit si ratione illius habeat congruam sustentationem. Garc. d. c. 5. nu. 132. & requirit quod sit perpetua Ledesm. d. ca. 7. nu. 11. dub. 2.

ξ Quod Doctor in sacra Theologia, vel iure Canonico, vel persona graduata, & litterata, si non habeat patrimonium nec beneficium, possit legitime ordinari sub titulo literaturæ, facientur inter Emman. in sum. tom. 2. cap. 15. nu. 15. quem refert & sequitur Salzed. ad reg. 8. cancel. gloss. 4. num. 36. P. Henric. in summ. lib. 4. ad finem, & lib. 13. cap. 37. §. 2. & lib. 14. cap. 5. §. 3. Veg. in sum. p. 2. cap. casu 1. Garc. d. c. 5. nu. 128. & 129. vbi dicit hoc etiam ex æquitate epicheia procedere in Bachalaureo in Theologia, vel iure Canonico, qui est bonus scholasticus. Sacra tamen Cardinalium cõgregatio sic censuit. In Concil. Vlisbonensi decretum de promovendis sub titulo literaturæ iussit Sanctissimus deleri, & dicit se daturum Cardinali Portugalliæ, vt solos Doctores in iure Canonico in Theologia possit ipse Cardinalis præuio examine a se facto promoveri ad sacros ordines ad hunc titulum literaturæ, qua in re grauat conscientiam. refert Garc. vbi proximè.

ο Quod ordinari quis possit absque patrimonio, si habeat pauperem, resoluit Surd. de Aliment. tit. 7. q. 37. nu. 2.

π Verè ab eis obtineri. ] Non posse quæ promoueri ad titulum sacrosacramentalium, & in spe etiam certa, puta ad beneficium, quod quis expetit seu ad quod est præsentatus, nominatus, vel postularus, refert Salzed. vbi supra num. 6. Fr. Emman. d. c. 15. num. 10. Per. Ledes. in p. 1. tit. de Sacrament. Ordinis cap. 7. post 8. conclus. Garc. d. c. 5. num. 150. sed affirmat post Mayl. Sayr. de Censuris lib. 4. cap. num. 19.

ρ Atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, & remitti nullatenus possint. ] Quod bona, ad cuius titulum quis est ordinatus sacro insignitus, prohibita sunt alienari, docent Spin. de Testam.



Princip. à num. 72. Guttier. pract. lib. 2. quæst. 65. à num. 10. Flamin. d. lib. 2. qu. 6. num. 18. Redoan. de rebus Ecclesie non alien. qu. 51. cap. 3. P. Henriq. in sum. p. 2. lib. 13. ca. 37. §. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 10. num. 13. Garc. d. cap. 5. num. 18. plures per Cened. ad Decretal. collect. 83. numer. 2. Nauarr. sub tit. de tempor. ordinat. conf. 16. & conf. 41. & conf. 46. num. 3. Ceuall. commun. quæst. 527. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 159. numer. 2. Sayr. decif. 15. de tempor. ordinat.

6 Alienari. ] Procedere in permutatione docent Gonzal. d. §. 10. num. 28. cum seq. Stephan. Gratian. d. c. 159. num. 3.

7 Quod ordinatus ad titulum patrimonij, qui post ordinationem illud retrò donat, seu renunciat, vel alienat, quamuis peccet mortaliter, quia facit contra prohibitionem Concilij in præfenti, maxime cum sit facta ob bonum publicum principaliter, & fauorem totius ordinis clericalis, & sic castigari posset per Episcopum, tamen non incurrit vllam suspensionem. docent Nauarr. in Mau. cap. 27. num. 13. vers. 2. Salzed. d. c. 18. num. 13. Grassis Aure. decif. lib. 2. c. 97. num. 67. Fr. Emman. d. cap. 15. numer. 4. Guttier. d. q. 65. num. 10. Sayr. de Censur. lib. 4. cap. 15. numer. 23. ad finem. Ceuall. qu. 527. num. 9. & post Quintanaduen. Tolet. Per. Ledesm. P. Soar. & alios Garc. d. ca. 5. numer. 165. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 159. num. 16. & 17. & P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 32. numer. 72. vers. Porro.

8 Nullatenus. ] Quod inducit nullitatem actus ipso iure; non a liam pœuam, affirmant Nauarr. conf. 17. num. 2. & conf. 21. num. 4. & conf. 22. de temp. ordinand. Flamin. de Resign. lib. 2. qu. 6. numer. 16. Cald. de potest. elig. cap. 10. num. 1. & de Resolut. emphyt. cap. 3. nu. 1. in fine. Quintanaduen. Ecclesiast. lib. 3. num. 71. Gabr. lib. 6. de clausul. sulis, concl. 3. nu. 16. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 238. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 159. n. 18. Garc. d. cap. 5. n. 166. cum seqq. Ceual. quæst. 527.

9 Donec. ] Quod hæc dictio sit temporis limitatiua, tradit Cardin. in Clem. 2. §. 1. de ætate, & qualit. cum alijs de quibus per Bertachin. verbo Donec, & Caslan. in consuet. Burgund. Rub. 6. §. 6. verbo des ansans; num. 8. pag. 219. Caualean de Vsfuict. mulieri relicto cap. 9. num. 79. Cened. pract. quæst. sing. 46. num. 6. Et quod habeat in se temporis reuolutionem, & intercapedinem, ita vt dato beneficio, vel alio, ex quo promotus ad ordines sacros viuere commodè possit, alienare non prohibeatur patrimonium ad cuius titulum fuit ordinatus, nec ad hoc erit necessaria licentia Episcopi, videntur tenere Flamin. d. li. 2. qu. 6. num. 16. Ceuall. q. 527. nu. 8. & qu. 561. à num. 22. maxime nu. 30. cum seq. Stephan. Gratian. d. c. 159. nu. 14. Garc. d. c. 5. nu. 185. Contrarium tuerentur Quintanad. li. 3. nu. 72. Cened. pract. li. 1. qu. 11. num. 9.

10 Sufficiens. ] Quod beneficium, aut patrimonium dicatur sufficiens in pro-

ncil. Trid.  
declara.  
nent in 1681  
1714. ecc.



in proposito, vide apud Fr. Emman. d. c. 15. num. 9. Flamin. d. qu. 6. 14. Vgolin. de Censuris c. 61. de Irregular. n. 6. Marc. Anton. Genes. in praxi Archiep. Neapol. c. 81. n. 2. Pet. Ledesm. in sum. p. 1. tit. de Sacrament. Ordinis, cap. 7. concl. 7. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo Beneficia, pag. 51. & verbo Dimissoria, §. 5. dub. 4. & p. 2. eo. verbo Fr. Ludou. Beja casuum conscientiae p. 4. casu 26. fol. 442. Garc. d. num. 112. cum seq. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 35.

↓ *Antiquorum canonum poenas super his innouando.* ] Concilium praesenti innouare poenam suspensionis, de qua in cap. Neminem cap. Sanctorum. 70. dist. restantur Spin. d. gloss. 18. de testam. cum Zerol. in praxi Episc. p. 2. verbo Dimissoria §. 6. & verbo Irregularitas §. 2. Fr. Emman. d. cap. 15. num. 1. Ortiz Luci. in sum. resolut. de Suspens. notab. 5. P. Paul. Comitol. respons. moral. l. 6. q. 3. P. de Matr. l. 6. disp. 32. ad finem. Infra citati autem tenent poenam c. Concilium in praesenti solum esse innouatam poenam c. Cum lectum Apostolum, de prebend. & sic ordinatum sine titulo non esse beneficium, nec aliquam poenam incurere, sed Episcopum cogentem illi prouidere, P. Henric. in sum. li. 13. c. 37. §. 2. Guttier. pract. lib. 1. num. 11. vers. Nec opinio Medinae, Cened. ad Decretal. collect. l. 2. & 6. ad finem, Nauar. cons. 19. num. 2. sub tit. de temporib. pluribus decisiones sacrae Congregationis pro hac parte adductas. Zal. ad reg. 8. cancel. gloss. §. 10. num. 22. Garc. d. cap. 5. num. 4. seqq.

Quod haec bona, seu patrimonium, ad cuius titulum fuerat ordinatus, habeant priuilegia, quae conceduntur a iure bonis ecclesiasticis, affirmant Menoch. de Recup. possess. remed. 15. n. 21. postea & Deci. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 159. nu. 27. & saltem in rim quod non extinguitur per ademptionem beneficij ecclesiastici. uall. q. 527. nu. 4. Azeued. l. 1. num. 9. tit. 4. lib. 1. Recopil. Spin. d. num. 72. quos refert, & sequitur Cened. pract. li. 1. qu. 11. nu. 9. An donatio pro suscipiendis ordinibus filio simpliciter conferri debeat seu imputari in legitimam? Negant Anton. 29. Tauri num. 21. vbi Tell. num. 16. Valasquez de Auend. gloss. Duenn. reg. 222. nu. 3. Polidor. Rip. obseru. 230. Iaffred. deci. l. 1. reg. 95. num. 6. Roi. de success. c. 7. a num. 46. Azeued. l. 10. num. 30. tit. 8. li. 5. nouae Recop. Matienf. l. 3. gloss. 2. num. 14. tit. 8. c. 1. phan. Gratian. d. c. 159. a num. 31. Mendez de Castro in l. Causa ter, num. 165. Cod. de bonis, quae liberis, Spin. d. gloss. 18. a num. Quintanad. Ecclesiast. p. 2. lib. 3. ad finem, Cald. Pereira in l. Sotorem, verbo, laesio, nu. 103. & 132. & nouissime quaest. forens. tit. ment. ad §. Sed haec, p. 2. num. 48. vers. Ex quo, Instit. de inoff. Armant Couar. in c. Rainaldus, de testam. §. 2. num. 7. Arto. p. 2. q. 13. Salzed. d. c. 18. num. 16. Perez l. 4. tit. 12. lib. 3. Ordin. Fr. man. d. c. 15. num. 8. Pet. Ledesm. d. c. 7. de Sacram. Ordinis, c. 1. finem, Auend. resp. 17. Guttier. pract. lib. 2. qu. 65. P. Molin. d. c.



tract. 2. disp. 238. & disp. 241. ad finem, Nicol. Garci. d. c. 5. nu. 159 & in hoc Lusitanæ Regno hanc opinionem attentò iure regio esse recipiendam testatur Valasc. de Partit. c. 13. n. 77. cum seq.

## CAPVT III.

*Tertia pars quorumcumque prouenium, & obuentionum, tam dignitarum quam Canonicatum, personatum, &c. conuertenda est in distributiones quotidianas, ubi ea sunt ita tenues vt negligantur: diuidanturq; solis interessentibus. Salua consuetudine, per quam non inseruientes recipiunt minus tertia saltem parte. Contumaces vltcrius puniendi.*

**C**VM beneficia ad diuinum cultum, atque ecclesiastica munia obeunda sint constituta; ne qua in parte minuatür diuinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur: statuit sancta Synodus, in ecclesijs, tam Cathedralibus, quam Collegiatis, a in quibus nulla sunt distributiones quotidianæ, 2 vel ita tenues, 3 vt vix similiter negligantur, 4 tertiam 4 partem fructuum, & quorumcumque prouentuum, & obuentionum, 5 tam dignitarum, quam canonicatum, personatum, portionum, & officiorum, separati debere, & 6 in distributiones quotidianas conuerti, quæ 7 inter dignitates obtinentes & 7 ceteros diuinis interessentes; 8 proportionabiliter iuxta diuisionem ab Episcopo, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendam, diuidantur: saltem 7 tamen consuetudinibus earum ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non seruientes, nihil vel minus tertia parte percipiunt: 9 non obstantibus exemptionibus, ac alijs consuetudinibus, 10 etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuscumque. Crescenteque non seruientium contumacia, liceat 11 contra eos procedere, iuxta iuris, 12 ac sacrorum canonum dispositionem.

*2 Vide consuetudines Alexandri in Concilio Lat. part. 1. c. 1. b. infr. Sess. 12. de reform. c. 6.*

*12 infr. Sess. 23. de reform. c. 1.*

DECLA-

Concil. Trium  
declarat.  
neque in d.  
1711. ecc.



## DECLARATIONES.

**I**n hoc Decreto agitur de Canonicis, portionibus, &c. siquæ ex necessitate hæc deductio, quando nullæ sunt distributiones, vel valde tenues, & quæ distribuuntur interessentibus tantummodo in *sess. 22. c. 3.* deducitur hæc tertia pars ex dignitatibus, etiam non necessitate, sed in odium non residentium, & pars absentium præsentibus, sed alicui pro loco applicatur. Vide hoc *c. 5.* Itaque *sess. 22. c. 2. §. Differentia.*

**1** *In quibus nulla sunt distributiones quotidiana.* ] In illis Ecclesiis quibus non sunt distributiones regulariter tenues, imò pingues, aliquæ sint horæ, quæ nullas habent distributiones aut tenues, sed eis rationabiles assignari, detrahendo aliquam partem fructuum præbendis, non autem ab alijs distributionibus ceteris horis assignatis. Namque Congregatio censuit, non licere distributiones quotidianas, quæ certis dumtaxat horis Canonicis sunt assignatæ, detrahere in alias horas Canonicas, quæ nullas aut ita tenues habeant distributiones, ut verisimiliter negligantur, sed accipiendam ex ceteris præbendarum, vniuscuiusque Canonicatus tantam reddidit portionem, quanta sufficiat cõgruis portionibus inter eas horas detrahendis. Congregatio tamen Illustrissimorum Cardinalium, in negotio Episcoporum, proponente Illustrissimo Cardinale Maritimo Regalis in causa Priuatis, vbi nullæ erant distributiones, Prima, Tertia, Sexta, Nona, & Completorio, statuit, ut Prima detraheretur Matutino: Tertia autem, Sexta & Nona, Missæ: & Completorium Vesperis. Ideo si Canonicus nõ interfuerit Primæ, amittit portionem Maritini, & sic de singulis: declarauit tamen Congregatio illam decisionem Concilij non procedere in hoc casu; quo præterquam quibus maius seruitium. Infr. hoc *c. 5.* In distributiones.

**2** *Vel ita tenues.* ] Vbi distributiones quotidianæ non sunt ad tenues, ut præbeant occasionem & materiam negligendi, non potest Ordinarius aliquam partem fructuum præbendarum, aut dædere illis attribueri: vnde ob hoc quod Archiepiscopus lanuaniensis voluit conuertere partem præbendarum in distributiones quotidianas, quæ distributiones sunt per se ita opimæ, ut reliqui fructus in eorum comparatione sint tenues, scriptum fuit, id à Concilio prædicto non esse.

**3** *Verisimiliter negligantur.* ] Verisimilitudo illa, quod distributiones quotidianæ negligantur, & ob id tertia pars fructuum præbendarum sit conuertenda, considerari debet, habita ratione numeri Canonicoꝝ tam residentium, quam non residentium. Censuit per hoc Decretum tertia pars fructuum præbendarum ac dignitatibus assignetur conuertenda in distributiones, in ijs locis facienda, ubi fructuum sequestratio legitima, vbi distributiones aut nullæ sunt, aut



tertius, ut facilitatem praebeant negligendi: in alijs vero Ecclesijs, non potest dicta 3. pars in distributiones assignari.

4. *Tertiam partem fructuum.* Ista tertia pars fructuum intelligenda est, deductis pensionibus & alijs oneribus legitime impositis, & quamdiu illa durauerint: sed de nouo imposita non comprehendunt istam tertiam partem. Et quidem ista detractio 3. partis fructuum, facienda est de illis beneficijs in quibus quis residere tenetur, per multa iura. Nec excusat ab ista separatione tertiae partis, quod Canonici non essent in sacris. Potro quando est locus detractio istius tertiae partis, ea facienda est iuxta verum annum valorem beneficii currentem, non autem secundum taxam. Sess. 22. cap. 3. de Reform. §. Tertiam.

Congregatio Conc. censuit, non posse conuerti in distributiones tertiam partem reddituum beneficii simplicis. Et detractio ex fructibus praebendarum &c. fieri debet non ex vna aut altera tantum pinguiori praebenda, sed ex omnibus praebendis & dignitatibus Ecclesiae. Neque potest Ordinarius pro lucranda tertia parte praebendae in distributiones conuersa, praescribere dignitatibus eorum seruitij vel officij formam, praeter solitam.

Haec distributiones quotidianae tenuiores, pensione grauiores fieri non possunt, nisi expressis verbis fuerit a Papa concessum.

Absentia causa studiorum, etiam obtenta licentia a Sede Apostolica, non excusat ab amissione istius tertiae partis detractae; sicut nec excusat ab amissione caeterarum distributionum quotidianarum faciendarum interessentibus solum.

De fructibus alteri reseruatis, etiam fit ista detractio, donec reseruatus vixerit: sed si beneficii titulum habens neglexerit residere, priuandus est eo titulo, alteri illico postea conferendo.

5. *Tam dignitatum quam Canoniarum.* Omnes Capellani, Canonici, & dignitates obtinentes tenentur residere, & contra eos locum habet haec detractio, & huius Decreti dispositio.

Congregatio censuit, obtinentes dignitates in Cathedralibus & collegiatis posse compelli ad residendum personaliter, poenis praefixis Decret. Concil. sess. 24. c. 12. §. praeterea, non obstante hoc quod velint amittere tertiam partem fructuum, pro distributionibus quotidianis applicatam. Infr. hoc c. §. licet.

Habens plures Canonicatus, residere potest in quo ipse vult, licet vnus sit in Collegiata, alter in Cathedrali etiam Metropolitana. Melius tamen est, quod Canonicatus habens, resideat in digniori, qui plures ergo Canonicatus habet legitime tamen acquisitos, residendo in vno, percipit fructus aliorum, distributionibus dumtaxat exceptis. Sess. 22. c. 3. §. Obtinens.

6. *In distributiones quotidianas conuertit.* Non licet ex hoc & altero Sess. 22. c. 3. decretis, distributiones quotidianas, quae in certis horis Canonicis sunt assignatae, diuidere in alias horas Canonicas, quae nullis

Concil. Trium  
declara

uere in ob  
v. c. c.





nullas habent distributiones, aut adeo tenues, vt negligantur, sed accipere oportet ex corpore præbendarum singulorum Canonicorum tantam partem reddituum, quanta sufficiat distributionibus quotidianis assignandis horis istis. Vide supr. hoc c. §. *In quibus.*

Distributiones quotidianæ distribuendæ sunt Canonicis, tam illis, qui habent præbendas, quam non habentibus: licet Canonici illas distributiones percipientes (modo præbendis careant) de distributionibus contribuere non debeant Seminario. Infr. Sess. 23. c. 18. de Reform. §. *An ubi.*

7 *Et ceteros diuini interessentes.* ] Inter præsentés, septem nimirum horis canonicis. Etenim distributiones quotidianæ, quæ acceptæ fuerunt ex tertia parte fructuum dignitatum alicuius Ecclesiæ, designari debent, non duabus horis canonicis tantum, sed etiam recipi omnibus; vt sic, qui non interfuit, distributiones amittat.

8 *Proportionabiliter.* ] Vnusquisque percipere debet tantum in distributionibus quotidianis, quantum de sua præbenda detractum fuerit: & qui plus contribuit, tantundem recipiat pro quotidianis distributionibus. Igitur cui plus ablatum est ex præbenda pinguiori, eadem plus dandum est de distributionibus quotidianis; pro vt & nihil dandum eis, quibus nihil ablatum fuit.

9 *Non obstantibus exemptionibus.* ] Congregatio censuit, fundum non esse derogatum.

10 *Etiā immemorabilibus.* ] An excusetur quis à residentia ex immemorabili consuetudine: S. D. N. ex sententia Congregationis declarauit, immemorabilem consuetudinem excusare à residentia Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis insignibus: in Collegiatis tamen non insignibus, posse excusare, dum tamen sint rurales præbende destitutæ, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere; aut adeo tenues redditus essent, vt Canonici (aliunde non habentes unde viuunt) alere non possint.

Ordinarijs potest cogere Procuratores Capituli, ad reddendas distributiones quotidianarum. Pro distributionibus Canonicorum Cathedralis, vel collegiatæ Ecclesiæ non est auferenda quicquam de beneficijs, quæ sunt extra Ecclesiam Cathedralis, vel Collegiatam; nisi Ecclesia vel beneficia extra dictam Cathedralis, vel Collegiatam existentia, essent perpetuo vnica præbendis Canonicarum prædictarum Ecclesiarum: à quibus beneficijs, extra prædictas Ecclesias, si quid ob eam causam exactum esset, debet restitui, & de cetero ab huiusmodi exactiōe abstinendum est.

11 *Liceat contra omnes procedere.* ] Obtinentes dignitates, vltra conuersionem tertie partis fructuum pro distributionibus, vt dicitur hoc c. possunt compelli ad residentiam, alijs pœnis præscriptis Decreto Concilij, Sess. 24. c. 12. vers. præterea, Supr. hoc c. §. Congregatio, qui perpetuo absunt, non solum amittunt tertiam partem fructuum, sed etiam beneficijs priuari debent.



## REMISSIONES.

¶ Vide dicta infr. sess. 22. cap. 3. de Reform.

Quod absentibus de licentia Papæ, vel causa studiorum, non concedantur distributiones quotidianæ, etiam celsuisse sacram. Cardinalium congregationem asserunt Stephan. Gratian. discept. forens. c. 166. nu. 17. & 18. Gonzal. ad reg. 8. cancel. §. 7. proæm. nu. 179. ubi refert sequentem decisionem. Licentia, causa studiorum etiam obtenta à Sede Apostol. non excusat ab amissione istius tertie partis detra-ctæ, sicut nec excusat ab amissione cæterarum distributionum quotidianarum.

β *Qua inter dignitates, &c.* ] Vide Nauar. de Orat. Miscel. 59. nu. 6.

γ *Saluis tamen consuetudinibus, &c.* ] Vide Cened. ad sextum collect. 15. nu. 7.

## CAPVT IV.

*Vbi vnus Rector non sufficit populo, adiungat sibi sacerdotes competentes. Datur modus erigendi nouas parochias etiam inuitis Rectoribus, & Prefectis in nouis parochijs danda portio ex fructibus quomodolibet pertinentibus ad matricem ecclesiam: qua portione non sufficiente compellendus populus dare necessaria.*

**E**piscope, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati, in omnibus ecclesijs parochialibus, vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, *1* ut vnus Rector non possit sufficere ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo, *a* cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot sacerdotes ad hoc munus adiungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum. *2* in ijs verd, in quibus *3* ob locorum distantiam, siue difficultatem, parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & diuina officia audienda accedere non possunt; *4* nouas parochias, etiam inuitis Rectoribus, iuxta formam constitutionis Alexandri *3*. quæ incipit, *b* Ad audientiam, constituere possint. Illis autem sacerdotibus, qui de nouo erunt ecclesijs nouiter erectis præficiendi, competens assignetur portio *5* arbitrio Episcopi *6* ex fructibus, ad Ecclesiam matricem quomodocunq; pertinentibus: & si necesse fuerit, *7* compellere possit populum ea

P 3

sub-

ncil. Trid.  
declara.  
neat in dō  
ch. ecc.

ae. & capite  
16. q. 1. & c.  
fin. de Eccl.  
adif. decr. l.  
3. tit. 48.

b. e. ad audi-  
entiam, de  
Eccl. adif. in  
depr. l. 3. tit.  
48.  
Vide post.  
finem hu-  
ius libri.



subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam : quacumque reservatione generali vel speciali, vel affectione, super dictis Ecclesijs, non obstantibus. Neque huiusmodi ordinationes, & erectiones possint tolli, nec impediri, ex quibuscumque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusuis alijs derogationibus, vel suspensionibus.

## DECLARATIONES.

1. *Vt vnus Rector non possit sufficere &c.* ] Vbi populus est ita numerosus, quòd vnus Rector satisfacere populo nequeat, omnino facta debet dispositio huius cap. quo non conceditur Episcopo parochiam vnire, sed tantum nouas constituere.

Congregatio Concilij censuit, Episcopum ex hoc capitulo posse erigere coadiutoriam, sed vtiq; cogere Rectorem ad adiungendum sibi tot sacerdotes, quot sufficiunt ecclesiæ sacramentis ministrandis. Neq; licet Ordinario erigere nouam parochiam, nisi ad concurrentiam quæ exprimitur constitutione Alexand. III. quæ est *ad audientiam, de Eccl. adif. in decretal. lib. 3. tit. 48.* & oportet, ut vti remedio declarato in principio huius capituli.

2. *In is verò* ] Hoc decretum est ad constituendû nouas Parochias, & assignandum nouas portiones nouis Parochijs, etiam ipsæ irregularium sunt.

3. *Ob locorum distantiam* ] Licet Parochialis Ecclesia in eo loco, vbi minor pars Parochianorum habitat, & maior pars longe in alijs oppidis; nihilominus Parochus habitare debet proprie in sua, sed succurrendum est remedio præsentis Decreti, & cap. *ad audientiam de Eccl. adif.*

4. *Nouas Parochias* ] Etiam inuitis Rectoribus, possunt institui Parochiales, seruatis ijs, quæ in hoc decreto statuuntur.

Quando Episcopus procedit ad aliquem actum, vigore decreti Concilij Tridentini, quem etiam suo ordinario iure facere poterat, & in Decreto datur ei facultas procedendi etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegato, si velit diuidere parochias ex hoc cap. poterat per text. *in c. Ad audientiam, de Eccl. adif.* si appellatur per appellatio in secunda instantia iuridice interponi, & tractari coram Metropolitanò, cum non sit necessariò interponenda apud Sanctam Sedem Apostolicam.

5. *Arbitrio Episcopi* ] Episcopus ob multitudinem populi, potest compellere Rectorem ad sibi adiungendos alios Sacerdotes ministrandis, atque alijs diuinis officijs celebrandis, aut Sacramentis ministrandis, cum moderamine tamen multitudinis ministrum.

Parochus potest sibi alium presbyterum ad curam animarum adiutorem accipere, modo sit ab Ordinario approbatus.



6 *Ex fructibus ad Ecclesiam Matricem.* ] Intelligendum est id habere locum etiam si ecclesia illa foret cathedralis, nam indefinite ponitur & vniuersaliter intelligitur quæcumq; Matrix. Quapropter licet Episcopo assignare Sacerdotibus, qui erunt præfecti nouis Parochijs secundum hoc Decretum constitutis, competentem portionem arbitrio suo ex omnibus fructibus ad Matricem pertinentibus non distinguendo magis decimas, quam alia corpora reddituum. Poterit tamen Ordinarius in erectione Parochialis Ecclesiæ facta iuxta formam Concil. Trident. c. 13. sess. 24. de Refor. vnire eidem Parochiali, in actu ipsius erectionis vnū ex quatuor Canonicis habentibus curam animarum annexam, existentem in alia Ecclesia nõ collegiata, quæ erat Parochialis loci, in quo noua Parochia fuerit erecta: quia multa facta teneat, præsertim stante necessitate loci & personarum, quæ hoc facit. In contrarium quidẽ declinabat multi Illustrissimi, hoc tamen non obstante fuit decisum potuisse ordinarium id facere.

Non licet Episcopo, loco erectionis faciendæ prorsus certam populi partem separare ab antiqua Parochia, & alteri comariorum applicare, si nimirum sit vel exiguus numerus populi, vel inopia, vel alia causa quæ impediatur, aut certe nõ postulet erigi nouam Parochiam.

7 *Compellere possit populum.* ] Assignatio faciendæ pro noua Parochia, prius sit ex fructibus ad Ecclesiam Matricem pertinentibus; & si ea non sufficiat, tunc demum populus compellendus; & si non potest populus ob paupertatem, Episcopus debet de suo, iuxta Hostiensem.

Ad succurrendum autem Parochianis foris habitantibus, vt supra dictum est, erigatur vna Capellania extra ciuitatem, que non sit Ecclesia per se, sed in potestate Matricis Ecclesiæ, in qua ponatur Sacerdos amouibilis approbatus ab Ordinario, qui administret Sacramenta illis, qui sunt extra ciuitatem, ad quos non est accessus ex vrbe de nocte, quia portæ ciuitatis clauduntur, iuxta alleg. c. sequenti.

## REMISSIONES.

Vide Roeb. de iure patron. verbo Honorificum, qu. 3. n. 10. Lambert. eod. tract. p. 1. qu. 3. art. 15. Lap. alleg. 66. Rebuff. de Decimis q. 6. nu. 21. Mandos. in praxi signaturæ, tit. Erectiones, gl. 6. li. 13. tit. 5. par. 1. Gambar. de Officio legari li. 5. tit. 18. Matthæ. Soar. in pract. & ordine visitandi c. 4. nu. 1.

## CAPVT V.

Propter ecclesiarum paupertatem, & in casibus à iure permisis faciat Episcopus vniones perpetuas quarumcumq; ecclesiarum parochialium & aliorum beneficiorum, etiam non curatorum cum Curatis.

Vt etiam ecclesiarum status, vbi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate cõseruetur; & possint Episcopi, etiam

Concil. Tri-  
declara-  
tione in dis-  
c. 1. c. 1.



q. c. sicut unio-  
ne, de excess.  
pralat. Conc.  
Lat. sub Leo  
X. Sess. 9. de  
reformat. curia,  
& infr. sess.  
24. c. 13. Vide  
Sess. 14. c. 9.  
de unio. in  
fi. 10. q. 3. c. 6.  
tempor. c. 1.  
seq. 16. q. 1.

etiam tamquam Apostolicæ sedis delegati, *iuxta formam*  
*iuris*, sine tamen præiudicio obtinentium, facere a 2 *unio-*  
*nes perpetuas* quarumcunque ecclesiarum parochialium, &  
baptismalium, & aliorum beneficiorum, curatorum, 3 *non*  
*curatorum* cum curatis, propter earum paupertatem  
& 7 & c. *in ceteris casibus à iure permisis*, etiam si dictæ eccle-  
siæ, vel 2 *beneficia* essent generaliter, vel specialiter reservata,  
aut qualitercunque affecta. *b. Quæ 2 uniones etiam non*  
sunt reuocari, nec quoquomodo infringi vigore cuius-  
cumque provisionis, etiam ex causa resignationis, aut de-  
rogationis, aut suspensionis.

## DECLARATIONES.

**H**Oc caput (quo disponitur posse Episcopos facere uniones per-  
petuas quarumcunque Ecclesiarum Parochialium, & aliorum  
beneficiorum cum cura, propter eorum paupertatem) non compre-  
hendit beneficia Iuris patronatus. *Infr. hoc cap. §. Uniones.*

Si necessitatibus Parochialium prouideri non possit unio-  
nem præmissis iuxta hoc caput, tunc adhibenda sunt remedia, posita in  
ca. 13. sess. 24. §. In Parochialibus. Quod si nec possit prouideri necesse-  
sitatibus Parochialium remedijs prædictis & præpositis in dicta cap.  
adhibeat Episcopus remedia iuris communis, quibus uti poterit in  
uersus Patronos illarum Ecclesiarum, quæ sufficientes redditus non  
habent pro cultu diuino & sustentatione Rectoris; quia possunt  
pellari Patroni ad præstandum congruam sustentationem, vel par-  
tur illa unio.

1 *Iuxta formam iuris.* ] Hoc est, de consensu Episcopali, *iuxta Canon-*  
*unic. de reb. Eccles. non alienand.* Episcopus enim has uniones facere  
potest.

2 *Uniones perpetuas.* ] Episcopus Parochiales tenues unire poterit  
in vicem vel alijs. Sed Parochiales quæ sunt de Iure patronatus non  
comprehenduntur hoc Decreto.

3 *Vel non curatorum.* ] Non tamen hospitalia, etiam possunt uniri  
darentur in titulum, in quibus nulla exercetur hospitalitas, ex cap.  
sess. 22. de Reform. Non comprehenduntur beneficia hic ad iustitiam  
rem collatorem pertinentia.

## REMISSIONES.

**V**ide Bullam Pij P. quæ est 49. incip. Ad exequendum, Mandatum  
in reg. 22. de Unionib. q. 5. nu. 3. ad finem. Caccia lup. in tract.  
Unionib. art. 4. causa 3. Rebuff. de Unionib. à nu. 38. Gonzal. ad reg.  
cancel. gl. 2. n. 20. Steph. Gratian. disceptat. forens. c. 278.

β Pp



¶ *Possint Episcopi.* ] Absque consensu Capituli posse aiunt Nauar. Conf. 10. de Officio & potest. iudicis deleg. & Zerol. d. verbo Vnio. §. 9.

¶ *Et in ceteris casibus à iure permixtis.* ] Super hac materia aliqua prodita sunt à sacra Cardinalium congregatione decisiones, quas refert Zerol. in praxi Episcop. p. 2. verbo Vnio, pag. 115.

¶ *Quòd vnio monasteriorum monialium faciendâ sit, cum subest aliqua causâ legitima, accedente ad id auctoritate Papæ, refert censuisse sacram Cardinal. congregationem, Zerol. d. verbo Vnio, §. 4.*

¶ *An Episcopus possit vnire beneficia etiam post deuolutionem?* Affirmant Rebuff. de Deuolut. nu. 31. Zerol. d. verbo Vnio, vers. Decimò.

¶ *Quòd vnio possit fieri in perpetuum, & ad tempus, & hoc debeat exprimi in vnione docent Rebuff. de Vnionib. num. 8. & 9. Zerol. d. verbo Vnio, vers. Decimoprimum.*

¶ *Quòd beneficium vnitum non possit permutari, tenent Gom. q. 1. de infirmis resign. Zerol. d. verbo Vnio, vers. Decimoquartò, Flam. de Resign. lib. 2. q. 9. num. 2.*

¶ *Parochialem posse vniri beneficio simplici, ponendo in ea Vicarium perpetuum, docent Rebuff. in reg. de idiom. Gloss. 2. nu. 7. & de Vnionibus, nu. 17. & 18. Zerol. in praxi Episcop. p. 2. verbo Parochia. §. 7. in fine.*

¶ *Quòd Capitulum possit præstare auctoritatem Vnioni sede vacante, dummodo per eam vnionem nihil iuri Episcopali detrahatur, docent Rebuff. in reg. de Vnionib. Gloss. 11. nu. 1. & 2. & in tit. de Deuolut. nu. 100. Zerol. d. verbo Vnio, vers. Septimò, vbi vers. decimoquartò resoluit, hoc non procedere in inferioribus Prælatibus, veluti Abbatibus, Prioribus, Præpositis, & Commendatariis.*

¶ *Vel beneficia essent generaliter vel specialiter reseruata.* ] Quòd possit Episcopus vnire beneficia deuoluta, & reseruata Sedi Apost. docent Nauar. Conf. 12. de Rebus Ecclesiæ non alien. & Conf. 10. de Officio de deleg. Zerol. d. verbo Vnio vers. Octauò. Gom. tract. de mand. prouid. nu. 117. Et quòd vnio tamen non possit fieri de beneficio deuoluto ad Papam ab Ordinario ob ipsiusmet negligentiam nõ conferentis illud, & postea vellet illud vnire, quia hoc non potest in penam negligentie suæ, ob quòd constitutus fuit titulus de supplenda negligent. Prælat. secus verò quando inueniret illa iam deuoluta, vel propter prædecessoris negligentiam, ignorantiam, vel absentiam, tenent Sylu. p. 3. q. 11. qual. 14. Rebuff. de Deuolut. n. 31. Zerol. d. verbo Vnio, vers. Octauò.

¶ *Quæ vniones etiam.* ] Vide Flamin. de Resignat. lib. 2. quæst. 9. num. 18.



## CAPVT VI.

Imperitis sed honesta vita rectoribus Vicarij pro tempore deputatur cum parte fructuum assignanda. Scandalosè autem viuentes & viuere perseverantes nudentur beneficiis suis.

a. c. illiteratos, 76. dist. c. nisi cum priorem, de re-nunc. c. 1. 38. dist. c. Conc. Tolet. 8. Can. 8.

b. c. quia fratres, 7. q. 1.

c. c. inuentum, 16. q. 1. c. felici, de pren. in 6. c. Clem. in quibusdam, de pen.

**Q**Via illiterati, a & imperiti parochialium Ecclesiarum Rectores sacris minus apti sunt officijs; & propter eorum vitæ turpitudinem, potius destruantur quam ædificentur: Episcopi, etiam tanquam Apostolica Sedis delegati, eisdem illiteratis, & imperitis, si aliena vitæ sint, 1. *Coadiutores*, aut *Vicarios* 2. *pro tempore deputare*, & *partem* fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint; quacumque exemptione & exemptione remota. b. *Eos* vero, qui turpiter, & scandalosè viuunt, postquam præmoniti fuerint, coercere castigent; & si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseverauerint, eos beneficiis, iuxta sacrorum Canonum constitutiones, exemptione & appellatione quacumque destituta, priuandi facultatem habeant.

## DECLARATIONES.

1. *Coadiutores aut Vicarios* ] Arguuntur hoc Decreto Episcopi ex causa infirmitatis constituunt in Parochialibus Vicarios prorsus, datâ etiam Rectori facultate de non residendo.
2. *Pro tempore deputare*. ] Hæc deputatio ad eum spectat, qui instituitur concursus. Nec ideo parochus, cui datus est concurrens poterit propterea abesse à Cura.
3. *Appellatione*. ] Ad effectum suspensium, sed non de iurisdictione.

## REMISSIONES.

**Q**Uòd Episcopi, tanquam Sedis Apostolice delegati, Rectores parochialium imperitis, & minus aptis, dare debeant vicarios, vel Vicarios pro tempore; & assignare eis partem fructuum pro sufficienti victu, vel aliter providere. Et quòd hoc poterit Episcopus etiam in parochiis exemptis propter identitatis rationem. a. Zanol. in praxi Episcop. p. 1. verbo Parochia. §. 7. P. Valer.



mal. in praxi fori poenitent. lib. 30. tract. 3. num. 172. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 5. §. 9. nu. 29. ubi nu. 30. resoluit, quod parochus, cui datus est coadiutor propter insufficientiam, non poterit abesse à residentia, & dicit decidisse sacram Cardinalium congregationem in hac verba. Propter deputationem coadiutoris parochus, cui datus est coadiutor, non poterit abesse à residentia.

¶ Partemq; fructuum. Vide Gambar. de officio legati, lib. 5. tit. de coadiutorib. nu. 11. Gonzal. d. §. 9. num. 33.

γ Eos vero, qui turpiter, & scandalose vivunt. Vide Flamin. de Relegationib. lib. 5. quaest. 6. nu. 101.

CAPVT VII.

Curet Episcopus Ecclesias vetustate, vel aliàs collapsas restaurari, si fieri potest, ex fructibus ad eas pertinentibus: quibus non sufficientibus contribuant parochiani. Si autem non possunt illa Ecclesia vltatenus restaurari; destruantur, locusq; conuertatur in locum profanum non sordidum, & beneficia talium Ecclesiarum transferantur cum óneribus ac matrices Ecclesias, &c.

¶ CVM illud quoque valde curandum sit, ne ea, quæ factis ministeriis dedicata sunt, temporum iniuria obsolescant, & ex hominum memoria excidant; Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati, transferre possint beneficia simplicia, etiam iuris patronatus, ex Ecclesiis, 1 quæ vetustate, vel aliàs collapsæ sint, 2 & ob eorum inopiam, nequeant instaurari, vocatis iis, quorum interest, in matrices, aut alias Ecclesias locorum eorundem, seu viciniorum, arbitrio suo; atque in eisdem Ecclesijs erigant altaria, vel Capellas sub eisdem inuocationibus; vel in iam erecta altaria, vel Capellis transferant cum omnibus emolumentis, 3 & oneribus, prioribus Ecclesijs impositis. a 4 Parochiales, vero Ecclesias, etiam si iuris patronatus sint, & ita collapsas refici, & 5 β instaurari procurent ex fructibus, & prouentibus quibuscumque, ad easdem Ecclesias quomodocumque pertinentibus: qui si non fuerint sufficientes: omnes patro-

a c. c. c.  
pen. de Ecol.  
adif. vel re  
par. supra,  
Sess. 7. cap. 8.  
de Refor.

ncil. Tri.  
declara.  
nent in di.  
1718



patronos, & alios, qui y fructus aliquos ex dictis Ecclesiis prouenientes percipiunt; aut in illorum defectum d parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant; quæ cumque appellatione, exemptione, & contradictione remota. 6 *Quod si nimia egestate omnes laborent*, 7 ad matrem seu viciniores Ecclesias transferantur: cum facultate transferendi dictas parochiales, quàm alias Ecclesias dirutas, 8 in profanos vsus, non sordidos, erecta tamen ibi Cruce, contentendi.

## DECLARATIONES.

1 *Verustate vel alias collapsa.* ] Ecclesiæ collapsæ, vel restituta vel aliò transferendæ sunt, iuxta hoc Decretum.

An autem & quando ruinatæ Ecclesiæ conuerti possint in prædicas domos aut loca publica ad vsus non sordidos, relinquuntur potestati Ordinarij relinquendum. Similiter an pecunia ex dictis Ecclesiis comparata, sit conuertenda in bona stabilia Ecclesiæ, vel eroganda in alios pios vsus, eiusdem est iudicare.

2 *Et ob eorum inopiam.* ] Si populus nolit Ecclesiam, quæ in ruinam, instaurare, debet penitus destrui. itemque huic quæstioni An huius Capituli dispositio procedat etiam in Ecclesia, quæ profus est collapsa, sed maiori ex parte ruinam minatur? Congregatio respondet affirmatiuè, sed in hoc casu tantum proposito. Illustissimi noluerunt quòd procedat generaliter, ne scilicet Episcopi sumpta tali occasione Ecclesias transferrent, etiamsi Ecclesiæ essent ita collapsæ & ruinam minantes; hoc enim seuerè prohiberi fieri.

3 *Et oneribus prioribus Ecclesiis impositis.* ] Non est per Episcopum ullum nouum onus imponendum ex coniecturis, vel verisimilitudinibus.

4 *Parochiales verò.* ] Parochiales Ecclesias dirutas restitui, vel transferri Episcopus debet curare, seruata forma præuia huiusmodi Decreti. Idem censuit Congregatio de domibus pro necessaria Parochi habitatione intelligendum, quòd de Ecclesiis Parochialibus dictum est, omni contradictione remota.

5 *Instaurari procurent ex fructibus.* ] Pro hac instauracione non est sequestrandi fructus pro Parochi victu.

6 *Quod si nimia egestate omnes laborent.* ] Facultas transferendi Ecclesias collapsas, nimia egestate laborantes competens Episcopo, non est, nisi speciali mandato illam habuerit.



7 *Ad matrices Ecclesias.*] Ecclesia ergo diruta paruorum rediguum potest ex sententia Congregationis in profanos vsus, non tamen sordidos (erecta tamen ibi cruce,) conuerti, & transferri ad Matricem seu viciniorem Ecclesiam, vbi erigendum est altare, sub eadem inuocatione, imposito onere titulari; vt nimirum Episcopus curet ibi celebrari singulis hebdomadibus per Sacerdotem idoneum. Cœmeterium item profanandum, & deinde ossa transferenda sunt ad nouum Cœmeterium, quod à titulari constituatur in eo loco, quo magis placuerit populo construendum.

8 *In profanos vsus, non sordidos.*] Qui dicantur vsus sordidi, arbitrio Ordinarij hoc totum relinquatur, qui non debet sine causâ profanare Capellas: at si aliquam prophanandi causâ habeat, earum cœmeta potius attribuenda sunt Ecclesiæ, quæ est capus dictarum Capellarum, quàm alteri cuiquamq;.

## R E M I S S I O N E S.

¶ Vide Rebuff. in ptaxi, tit. de Vnionib. Gloss. 11. num. 7. Mandos. reg. 21. Caneel. quæst. 7. & 8. Boët. decis. 345. Perusin. de Vnionib. cap. 4. num. 11. Zerol. in praxi, Episcop. p. 1. verbo Visitatio. §. 9. pag. 345. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. quæst. 43. art. 13. Bouadil. in sua Politica, lib. 3. cap. 5. num. 34. plures refert Doctores Cened. ad Decret. collect. 153.

8 *Qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis, &c.*] Vide Valasc. Conf. 179. num. 13. & sacra Cardinalium Congregatio censuit, in hæc verba: Si populus noluit Ecclesiam, quæ minatur ruinam, restaurare, ea debet penitus dirui. Quod Episcopus potest vendere lapides altarium, vel Ecclesiarum destructarum, affirmant Nau. de spolijs Clericorum. §. 19. num. 11. vers. 2. Zerol. d. verbo Visitatio. §. 9.

7 *Instaurari procurent ex fructibus.*] An intelligatur deducto prius eis necessario ad suam sustentationem, ne alias cogantur deseruire sine alimentis? Affirmant Sarmi. de Reddiib. Ecclesiast. p. 1. monitu 82. num. 3. Cened. d. collect. 153. num. 1. in med.

¶ *Parochianos omnibus.*] Cùm hoc sit opus publicum, & commune, & concernens omnium vtilitatem, & necessitatem, teneri semper contibuiere nobiles, & alios exemptos docent Auend. de Exequen- tis mand. lib. 2. cap. 14. nu. 19. Cened. d. Collect. 153. num. 2.

## C A P V T V I I I.

*De Episcoporum cura, visitatione eorum, quæ ad suam diœcesim pertinent.*

¶ **Q**uicumque in diœcesi ad Dei cultum spectat, ab Ordinario diligenter curari, atque ijs, vbi oportet, prouidi-

rcil. Trid.  
declara.  
neat. in d.  
v. l. c. c.



providentiæ quum est; propterea, 1 *commendata monasteria*,  
etiam Abbatiæ, 2 *Prioratus*, & *Præposituræ* nuncupata  
quibus non viget Regularis observantia, nec non bene-  
ficia, 3 *tam curata, quam non curata, sæcularia*, & 4 *Regule*  
*qualitercumq; commendata*, etiam exempta, ab 7 *Episcopis*  
iam tamquam Apostolicæ Sedis delegatis, annis singulis  
a visitentur, curentque iidem Episcopi congruentibus  
medijs, 4 *etiam per sequestrationem fructuum*, ut, que reme-  
diatione indigent, aut restauratione, reficiantur: & 5 *con-*  
*nimarum*, si qua illis vel eorum annexis immineat, 6 *de*  
*debita obsequia*, rectè exerceantur: appellationibus quoque  
cumque privilegijs, consuetudinibus, etiam immemorabili  
tempore præscriptis, conservatorijs, iudiciorum de-  
rationibus, & eorum inhibitionibus non obstantibus,  
si in eis vigeret observantia Regularis, provideant Episcopi  
paternis admonitionibus, ut eorum Regularia instituta debite  
rationem observent, & observari faciant, & sibi sibi  
in officio contineant, ac moderentur. Quod si ad id  
intra sex menses eos non visitaverint, vel correctaverint,  
tunc iidem Episcopi, etiam ut delegati Sedis Apostolicæ  
eos visitare possint, & corrigere, prout ipsi Superiores  
sint, iuxta eorum instituta: quibuscumque appellationibus,  
privilegijs, & exemptionibus penitus remotis, & non  
obstantibus.

## DECLARATIONES.

PER vim huius decreti licet Episcopo visitare omnes Ecclesias  
iam Regularibus subiectas, dummodo illarum ministri sunt  
lares. *Pro his vide notat. ad c. 8. Sess. 7.*

1 *Commendata Monasteria* ] Episcopus non debet se intromittere  
Monasterijs in quibus viget Regularis observantia, licet Monasteria  
sint commendata:

Comprehenduntur in hoc Decreto etiam illa Monasteria  
commendata, que sunt perpetuò unita alijs Ecclesijs, vel pijs locis,  
ipsa loca essent sub Regulari protectione, *ut infra, cap. 8. Sess. 7.*

Fuit declaratum à Sanctissimo, quod milites Hierosolymitanæ



Ante ab Ordinarijs visitandi, nisi prout possunt alij Religiosi habentes suos superiores, iuxta Decreta Concilij Tridentini; cum ipsi etiam sint professi & Præceptores, non commendatarij: cum etiam habeant suum procuratorem, seu superiorem totius Ordinis, iuxta Decretum. cap. 20. Sess. 25. de Regul.

2 *Prioratus.* ] Prioratus militum Hierosolymitanorum Ordinarius visitare non potest, cum illi sint Præceptores, non autem Commendatarij, & visitari debeant à capitibus sui Ordinis, ut Sess. 7. c. 8. §. Vbi Equitei.

3 *Tam curata quam non curata.* ] Episcopus Ecclesiam Parochialem visitare debet, eiq; de Parocho prouidere, qui Sacramenta & alia similia populo administrat.

4 *Etiā per sequestrationem fructuum.* ] Fructus Ecclesiarum quæ reuocatione indigent, ab Ordinarijs sequestrari possunt, ut Ecclesiæ separetur, etiam si illæ essent militum Hierosolymitanorum.

5 *Et cura animarum, si qua illis, vel eorum annexis imminet.* ] Ecclesiæ, ubi cura animarum exercetur, visitari possunt ab Ordinarijs, etiam si illæ essent militum Hierosolymitanorum; adhibita tamen moderatione, quam in sua Bulla Pius V. expressit, quæ est, ut illas dumtaxat visitent, quæ animarum curam, illiusque exercitium, & Sacramentorum administrationem respiciunt, quæ Bulla incipit, *Exposcite pastoralis*, publicata, 22. Septemb. 1571.

6 *Aliq; debita obsequia.* ] Per vocem hanc (*debita*) in hoc Decreto positam, insinuat quod non liceat Episcopo maius seruitium, aut onus imponere beneficijs, quam illis ex antiquissima consuetudine, vel illorum fundatione, vel institutione debetur.

REMISSIONES.

Vide P. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 40. q. 10.

Et Regularia qualitercunq; commendata, &c. ] Vide Fr. Eman. quest. Regular. tom. 1. q. 36. art. 3. per totum.

Ab Episcopis. ] Quod conueniat etiam inferioribus, cuiusmodi sunt Abbates, Priores, Præpositi, & alij iurisdictionem habentes, docet P. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 18. vers. Sexto.

CAPVT IX.

Quæstorum Eleemosynarum nomen & vsus penitus tollitur. Indulgentias & spirituales gratias Ordinarij publicent: & duo de Capitulo fideliter Eleemosynas recipiant sine vlla mercede.

CVm multa à diuersis antea a Cõcilijs, tã Lateranensibus, ac Lugdunensibus, quàm Viennensibus, aduersus nos

a Conc. Lateran. c. 61. sub Innoc. III. c. cum ex eo, da p. 10. & remiss. Clem. ab usibus co. tit. & infra, Sess. vlt. in Decreto, de Indulg. & supra, Sess. 5. c. 2.

Concil. Trident. declarat. ...



uos eleemosynarum Quæstorum abusus remedia tunc adhibita posterioribus temporibus reddita fuerint inutilia; potest que eorum malitia ita quotidie magno fidelium omnium scandalo, & querela ex crescere deprehendatur, ut de eorum emendatione nulla spes amplius relicta videatur: tunc tuit, ut posthac in quibuscumq; Christianæ religionis ecclesiis eorum nomen, atque usus penitus aboleatur, nec officium huiusmodi exercendum vllatenus admittantur, obstantibus priuilegijs, Ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, pijs locis, & quibusuis, cuiuscumque gradus, status, dignitatis personis, concessis, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus. 3 *Indulgentias* verò, aut alias spirituales gratias, quibus non ideo Christi fideles decet privari. 4 *deinceps per Ordinarios locorum*, adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicandas esse decernit. quibus etiam eleemosynas, atque oblata sibi charitatis subsidia, nulla prorsus mercede accepta, fideliter colligendi facultas datur: ut tandem cœlestes hos Ecclesie thesauros non ad quæstum, sed ad pietatem exerceret, patres verè intelligant.

## DECLARATIONES.

1 *Pravos eleemosynarum Quæstorum abusus.* ] Pravi Eleemosynarum Quæstores prohiberi & seuerè castigari debent; non autem illi, qui collectas Eleemosynas in pios usus conuertunt. Non potest proinde prohiberi à quæstoribus seu mendicantibus Sancti Antonij de Vienna, fratres mendicantes alicuius Ecclesie perperam Antonij, quo minus etiam ipsi pro suo Conuentu mendicantibus quærant.

2 *Nec ad officium huiusmodi exercendum.* ] Quando sedes Apostolica rationabili ex causa concedit alicui pio loco, ut possit Eleemosynas quærere, Episcopo Ordinario rescribit per hæc verba: Eleemosynas, qua in tua ciuitate & Diocesi pro usu dicti loci dabuntur, permittas: dummodo persona qua colligent eas, honesta & spectata religionis, & tuo iudicio approbata sint, minimeque parvas daturam Eleemosynarum, & Quæstorum nomen nullo modo gerant, sed simpliciter Eleemosynarum Collectores nuncupentur: quæstus publicent vllas indulgentias, nec concionentur, nec circumferant priuilegia, nec reliquias, nec minus aut imprecationibus induantur.



ad Eleemosynam, non campanellam aliaq; instrumenta similia quadam Quæstorum insignia ferant, pulsentve ad excitandas personas: non petant Eleemosynam tanquam debitam aut solitam, neq; ulla arte (etiam prætextu dicendi orationes Sancti Antonij, aut alterius Sancti, vel aliter) extorqueant pecuniam: Sed simpliciter, per modeste, & cum omni dextertate petendo Eleemosynam pro sustentatione dicti Hospitalis, recipiant tantum, quod sibi liberaliter offertur: neq; super his Eleemosynis ullam conventionem quovis modo faciant, etiam in utilitatem dicti Hospitalis. Diligenter autem curabit Amplitudo tua, ut hac omnia rite observentur. Et ad id diligenter animaduertat, imo quo etiam sanctitas sua conscientiam tuam grauari voluit aduigilabit, ut quicquid dictarum Eleemosynarum nomine fuerit collectum, id totum in usum tantum ipsius Hospitalis, & non in alium, conuertatur.

Facultas quaerendi Eleemosynam à Sede Apostolica (sub forma tamen supra dicta) Hospitalibus conceditur, si in eis realiter hospitalitas exerceatur: quinimò conceditur sub conditionibus prædictis, quandoq; etiam nonnullis alijs Religionis mendicantibus.

3. Indulgentias verò. Per huius Decreti posteriorem partem non possunt Ordinarij prohibere, quò minus Religiosi indulgentias sibi dùm à Summo Pontifice concessas, publicent, nullo etiam verbo cum eis facto, ac indulgentias, sibi ipsis denuo concessas, absq; Ordinarij licentia publicare non possunt. Vide Decretum de indulgentijs in continuatione Sess. 25. de Refor.

4. Deinceps per Ordinarios locorum. Nullus ergo sine Ordinariorum licentia & auctoritate poterit eas publicare; non obstante quacunq; exceptione aut extentione, etiam si Regularis sit aut in Ecclesijs ipsorum regularium, etiam prætextu privilegiorum, v. g. Confraternitatis Rosarij, sed per Ordinarium, adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus, populo publicari debent: Vide idem infra, Sess. 22. c. 3. §. Nemo.

## REMISSIONES.

Vide supra, Sess. 5. in fine, vers. quæstoris, & adde P. Henriq. iñ sum. lib. 7. c. 19. à princip. Nauar. de Orat. Miscel. 66. n. 2. Quæstorum in summa Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas, vers. 26. in fine, Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo Quæstore, pag. 302. Fr. Emm. quæst. Regul. tom. 2. q. 17. art. 7. & q. 98. art. 1. plures refert Doctores Cened. ad Clem. Collect. 9. pag. mibi 401.

5. Zerol. d. verbo Quætores; asserit in sacra Cardinalium Congreg. decisum esse, dari posse licentiam petendi Eleemosynas cum his circumstantiis. Prima, ut sint persone bonæ existimationis, Secunda, ne sint Participes ipsarum Eleemosynarum. Tertia, ne habeant villo modo nomen quæstoris. Quarta, nullas indulgentias diuulgent.

Q

gent;

icil. Trid.  
de clara.  
reare in d.  
17. ecc.



gent, nec concionentur. Quinta, ne sua privilegia, aut sacras reliquias circumferant. Sexta, ne imprecationibus, aut minis Eleemosynarum hominibus expriment, aut extorqueant, nec campanas aliaque instrumenta deferant. Septima, nec quicquam debitum, aut vstratum tant. Octava, nec vilo artificio aut specie commemorandæ orationis alicuius Sancti, aut alio peruerso more vtantur. Nona, sed sumptuose, ac modeste Eleemosynas petant, easque in pijs locis vtilitatem reportent.

*Indicatio futura Sessionis.*

Sacrofancta OEcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, prædictis in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis statutis, decreuit, proximam futuram Sessionem habendam, & celebrandam esse feria quinta post octauam festi Natiuitatis B. Mariæ virginis, quæ erit xvii. mensis Septembris, proximè futuri: hoc tamen adiecto, quod dictum terminum ac vnicuique Sessioni in posterum præfigendum, si sancta Synodus pro eius arbitrio, & voluntate, sicut in his Concilij putarit expedire, etiam in generali congregatione, restringere, & prorogare liberè possit, & valeat.

SESSIO XXII.

QUÆ EST SEXTA  
SVB PIO IV. PONTIF. MAXIMO  
CELEBRATA DIE XVII. SEPT.  
M. D. LXII.

*Doctrina a B. y & c. De Sacrificio  
Missæ.*



ACROSANCTA OEcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, prædictis in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, vt vetus absolutio, atque omni ex parte perfecta, magno Eucharistiæ mysterio in  
sta. C.